

[8.] et inter alia pacta habita inter excellenciam nostram et eodem iudicem Peregrinum et sociis concessimus eis, quod in singulis portibus et locis maritime simul, in quibus portulanos seu custodes iuxta tenorem Commendationis eorundem portulanorum pro parte nostre Curie statuerunt, statuant et ordinent loco eorum aliquem, qui exigeret et reciperet pro parte ipsorum ius doane et alia iura consuecta et debita ad secreciam ipsam spectancia de victualibus et mercibus, que per privatas personas de ipsis portibus et locis maritime extrahuntur tempore ipsorum officii, ut exinde fraudari et circumveniri non possent.

[9.] qui iudex Peregrinus et socii convenerunt et promiserunt ex pacto, quod iura ferri azari picis et sete et nova statuta et omnia alia iura debita ex mercibus et proventus quibuscunque, que ad eorum spectant officium, manutenerent et ^{libere} in illa servarent et iura ipsa omnia integre exigerent et per cabellatos et sub-officiales suos exigi facerent iuxta statuta curie tempore dicti quondam imperatoris et nichil de eis minuerent vel minui facerent aut ~~permitterent~~ ^{permitterent} ; quod + minueri que cabellas aliquas et iura aliqua ipsius secrecie et etiam marium et proventus salis non locarent nec concederent aliquibus castellanis seu familiaribus nostris, ut ex ipsorum favore remaneret, quin cabelle et iura ipsa, quantumcumque plus fieri posset, successive in augmentum iurium fiscalium augmentarentur.

[10.] insuper cabellas omnes et iura ipsius secrecie et salis plus offerentibus, debita subastacione premissa